

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,  
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte  
Orandi & meditandi methodo**

**Balsamo, Ignazio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1612**

Cap. XI. De orationibus laculatorijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](#)

iusque decadis paulisper in medita-  
tione mysteriorum eiusdem decadis  
subsisteret, eaque breuiter secum  
consideraret.

DE ORATIONIBVS  
iaculatorijs.

CAP. XI.

Epist. 12<sup>1</sup>  
ad Probū **S.** Augustinus Orationes iaculato-  
rias appellat, breues quasdam  
preces siue eleuationes metis in De-  
um, qualis haec esse potest. Deus in ad-  
iutorium meum intende. Haec autem or-  
ationes possunt esse mentales, vel vo-  
cales. Mentales sunt, quando Deum  
intrinsecus ad opem nobis ferendam  
invocamus, atque in spiritu sensum  
huius sententiæ proferimus. Deus in  
adiutorium meum intende. Vocales  
sunt quando eadem verba ore pronun-  
ciamus. Sunt autem orationes haec  
utilissimæ, tum ad fouendam deuoti-  
onem, & cogitandam assiduam Dei  
presentiam, tum ad perficiendum id  
quod Christus in Euangeliō, ait: O-  
portet semper orare & non deficere. Ut  
propterea mirandum non sit, quod

de

de S. Bartholomeo Apostolo, alijsq;  
Sanctis, orationi addictissimis, uti de  
S. Martha, S. Apollonio Abate &c.  
legitur, eos intra diem & nocte du-  
centies orasse; Etenim id facillimum  
est, tantu abest ut impossibile sit, per  
orationes hasce iaculatorias, siue  
mentales, siue vocales, cu oratio ni-  
hil aliud sit, quam mentis in Deum e-  
leuatio, quod quinquagies vnius ho-  
ræ spatio fieri potest: Adde quod o-  
ratio Dominica, idcirco nobis tanta  
cum breuitate à Christo tradita fu-  
erit, ut Christianus omnis eam cen-  
ties quolibet die, modò velit, offer-  
re possit.

**Q**uis **Q**uis igitur spiritualem  
vitam sectari desiderat, operam dare  
debet, ut ad orationes huiusmodi ia-  
culatorias confuescat: quarum ut il-  
litato expeditior recordatio sit, po-  
terit ad singulos horologij sonitus,  
orationem aliquam iaculatoriam corde  
& ore si solus est, proferre, vel si in  
aliorum existit societate corde tan-  
tum. Ad quod non parum proderit,  
si sententias quasdam insigniores ex

Psalmis, alijsque S. Scripturæ libris selectas habeat, quarum unam quotidie varietatis causa assumat, & toties quoties necesse fuerit, frequēt.

Et quoniam Oratio Dominica est verè panis noster quotidianus, nō inutile erit pro orationibus iaculatorijs septem petitiones in ea contētas assuimere, earumque singulas singulis hebdomadæ diebus frequentare: ita ut diei Dominico respondeat petitio illa. *Sanctificetur nomen tuū: Feriæ secundæ. Adueniat regnum tuū,* & sic consequenter. Vbi nota, obsecro, perfectionem & excellentiam diuinæ huius precis, quæ ad omne orationis genus deseruire potest, videlicet, ad mentalem, vocalem, mixtam, iaculatoriam &c. Seruit namq; oratio Dominica. 1. ad mentalem, si mente sola petitiones in ea conten-tæ, Deo offerantur.

2. ad vocalem, quando ore profertur.

3. ad mixtam, si primum ruminetur mente, deinde ore pronuncietur.

4. ad orationes iaculatorias, si eo modo

modo, uti iam diximus, ad usum adhibetur.

§. Ad meditationem, quia pulcherrimam meditationi materiam subministrat, uti paulo post docebimus.

Ex omnibus autem his orandi modis, alijs alijs sunt accommodatores, immo unius eidemque personae alio atque alio tempore, iuxta corporis & animi eius dispositionem, modo hic, modo alius orandi modus magis placet. Nam corpori languido aut fatigato, cum haudquam conueniant longae meditationes, utilior erit vocalis oratio. Et ei qui in itinere constitutus est, nihil conuenientius orationem mixta, ut supra dictum est.

### DE LECTIONE SPIRITUALI.

#### CAP. XII.

**Q**VANDO QVIDEM clarum atque perspicuum est sacrorum librorum Lectionem utilissimam, atque orationis individuam comitem esse: nam inde quotidiana experientia

tia